

quem primo tum illi a Pallante Pallanteum, postea nos Palatium diximus; ibique Pani deo fanum dedicavit, quippe is familiaris Arcadiae deus est, teste etiam Marone, qui ait:

Georg  
3,392

*Pan Deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit.*

5

- Primus itaque omnium Euander Italicos homines legere et scribere edocuit litteris, partim quas ipse antea didicerat; idemque fruges in Graecia primum inventas ostendit serendique usum edocuit terraeque excolendae gratia primus boves in Italia iunxit. 10
- 6 Eo regnante forte Recaranus quidam, Graecae originis, ingentis corporis et magnarum virium pastor, qui erat forma et virtute ceteris antecellens, Hercules
- 2 appellatus, eodem venit. Cumque armenta eius circa flumen Albulam pascerentur, Cacus Euandri servus, 15 nequitiae versutus et praeter cetera furacissimus, Recarani hospitis boves surripuit ac, ne quod esset indicium, 3 aversas in speluncam attraxit. Cumque Recaranus vicinis regionibus peragratis scrutatisque omnibus eiuscemodi latebris desperasset inventurum, utcumque 20 aequo animo dispendium ferens, excedere his finibus 4 constituerat. At vero Euander, excellentissimae iustitiae vir, postquam rem uti acta erat, comperit, servum 5 noxae dedit bovesque restitui fecit. Tum Recaranus sub Aventino Inventori Patri aram dedicavit appella- 25 vitque Maximam, et apud eam decimam sui pecoris 6 profanavit. Cumque ante moris esset, uti homines decimam fructuum regibus suis praestarent, aequius sibi ait videri deos potius illo honore impartendos esse quam reges; inde videlicet tractum, ut Herculi 30